

1] vexillis omnibus crucem desuper portantibus ad praedicationem fratris Iohannis [a], qui est de ordine fratrum Praedicatorum, qui et Iesus [b] Christus multa per eum mirabilia operatus est [A].

(Mediolanenses ad instantiam [c] Bononiensium, fracta treuqua, in Cremonensium territorium impetum faciunt.)

CAP. CLXXXVIII.^a

1234.

Sub anno a Virginis partu MCCXXXIII mense Julii, Mediolanenses, Brixienses, Laudenses, Novarlenses, Vercellenses, Cumani [d], Alexandrini, Placentini, venerunt hui omnes [e] usque casale Bifanum et Minanum [f] in episcopatu Cremonensium, cum infinito exercitu, et castris Mediolanenses et Brixienses, et combusserunt XLVI villas Cremonensium. Tunc Mediolanenses ad instantiam Bononiensium, treuquam fregerunt Cremonensibus, quae facta fuit XL annorum per dominum Ugolinum Hostiensem episcopum, cardinalem Romanie Sedis, pro eo quod Cremonenses iverant in servitium [g] Mutinensium apud Bazanum. Hoc Papienses et Parmenses audito, una cum Cremonensibus obviam venerunt eis, et fugaverunt eos, usque Delmam [h] cum tribus castriis, scilicet Parmensium, Cremonensium et Papiensium. In campo narrant factum [i], et tunc apud Zovenoltam [j] praelati sunt per totum diem. Tunc iuraverunt predicti exire de episcopatu Cremonensi; in quo praelio [k] fuerunt cc milites Mutinenses. Tunc Bononienses, ad instantiam Mediolanensem, Mutinensibus treuquam fregerunt apud Castellum Leonis Mutinensium, qui est in strata inter Boniam et Mutinam.

2) Eadem fere uerba in
Anno 1235. M. Murat. Rom. 1235.
Pl. XI. fol. 60, cf. h. 1. Imp. V.
n. 13169. H. E.

Quando Faventini iverunt Chiesenam in guerra, occasione Urbinatum.

CAP. CLXXXIX.

Cum cives Urbini pacta non servarent Ariminensibus, ipsi Ariminenses eis guerram publice indixerunt. Volens igitur dominus Carnevalle [l], comes Romaniae, eos pacificare, ab utraque parte acceptis obsidibus, magis pretio quam iure citatus [m]

[a] Fratris Iohannis. In C. M., fratr. Iohannes; in C. V., fratr. Iesu. Sed Iohannis legendum est cum cl. Mitt.; nam tunc celebris ubique erat praedicator Fr. Iohannes de Vicentia. Vide cl. Murat. ad hunc annum. — [b] qui et Iesus. Sic Codd. et Cl. Mitt. An legendum: quia Jesus etc.? — [c] Mediolanenses ad instantiam etc. Titulus additus est. — [d] Cumani. Sic Codd. An legendum: Comenses? — [e] hi omnes. In Codd., hii omnes. — [f] et Minanum. Sic lego cum cl. Mitt. In C. V. est: et Unanum, et Vernanum. — [g] iverant in servitium; C. V. In C. M., venerant iverant in servitium. — [h] usque Delmam. Sic legit cl. Mitt.; usque Delmiam, C. V. — [i] In campo narrant factum, C. V.; in campo noviter factum, Cl. Mitt. Sed in C. M. legi potest, vel narrant, vel noviter factum. — [j] apud Zovenoltam. Sic Codd.; cl. Mitt. legit; Zoventaram, vel Governolium. Sed legendum est: Zenvoltam, ut est apud Muratorium in Annal. Ital. — [k] in quo praelio, C. V.; quo praelio, C. M. — [l] dominus Carnevalle. Sic Codd. M. et V. — [m] quam iure citatus. Sic Codd. M. et V.; quam iure civitatis, legit cl. Mitt.

[A] Petrus Cantinellus in chronico, ad an. 1235, haec habet: Hoc anno frater Iohannes de Vicentia de ordine Praedicatorum incepit facere praedicationes, et fuit magna devotione. Intellige, ut mea fert opinio, id incepsum Bononiae, cuius tunc res auctor scribebat.